Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

7

gistro ihu xpo dies mortis meę instat. Clementem hunc
episcopum uobis ordinabo cui soli meę praedicationis et doctrinę
cathedram credo. qui mihi ab initio usque ad finem comes in omnibus
fuit. et per hoc ueritatem totius meę praedicationis agnouit. qui in om
nibus temptationibus meis socius extitit. fidelem perseuerans. quem per
cetis expertus sum colentem deum. homines diligentem. castum. discen
di studiis deditum. sobrium. benignum. iustum. patientem. scientem
ferre non nullorum etiam ex his qui in uerbo dei instruuntur iniu
rias. Ipsi quod ipsi trado a domino mihi datam potestatem ligandi
et soluendi. ut de omnibus quibuscumque decreuerit in terris hoc decre
tum sit in celis. ligabit enim quod oportet ligari. et soluet quod opor
tet solui. Et hec cum dixisset manus ei imposuit. eumque in ca
thedra sua sedere compulit. Multum eum instruens. qualiter
aut ecclesiam sibi commissam regeret. aut oues susceptas aleret.

Tē et paulus apostolus romam ueniens. xpm dominum praedicabat. xviiii.

TEMPORE quo neronis cesaris erant rome salutiferi
doctores xpianorum. petrus et paulus apostoli. per quos dum fides
domini ihu xpi. in omnium cresceret mentibus. et religionis
propagarentur augmenta. quia erant sublimes operibus. clari magis
terio. ob uirtutem diuine gratię. Nero per symonem magum uehe
menter aduersari cepit apostolis. quia diuersis illusionibus demo
num. ita magus cesaris animum optinuerat. ut eum salutis
suę presulem uiteque custodem remota ambiguitate crederet. Nam
et bellorum uictorias et subiectiones gentium. et prosperitatem
rerum. se per eum in omnibus habiturum esse credebat. Sed petrus
apostolus uanitates eius et flagitia uniuersa detexit. quia ueritatis
lux et uerbi diuini claritas. que ob salutem hominum nuper
obfulserat. totius mendatii caligine de humanis mentibus dis
cussa per apostolos ignorantię tenebras effugabat. Tunc symon